

Q. D. B. V.

IDEAM VIRORUM BEATORUM,
h. e.

HARMONIAM MAGISTRATUUM

&

CIVIUM,

NUPER IN TEMPLO LAUDATAM,

NOVO CONSULI,

Sacram & faustis ominibus plenam

d. 12. ^{Sept.} ~~Aug.~~ M DCCII.

Horis post peracta sacra matutinis,
procedentes

SUB MODERAMINE

CHRISTIANI WEISII, RECT.

OPTIMORUM PARENTUM
FILII

novis votis & ominibus commendabunt:
adeoq;

PATRONORUM FAUTORUM, AMICORUM,

benignam undiqvaq; praesentiam
decenter expectant.



ZITTAVIAE,

Typis Michaelis Hartmanni,



Um in solenni PATRUM CONSCRIPTORUM inauguratione, primum is locum occupasset, qui sub VIRI BEATI symbolo fausta beatorum temporum omina dissimulare non potest: commode quidem, & quia Deum in templis habemus presentissimum, divino prorsus nutu factum est, ut, Max. Rev. Præco, versis ad exemplum JOSUÆ meditationibus, qui cum familia sua DEI cultum observaturus, omnes suos Israelitas in obsequendo paratissimos invenerat; BEATOS VIROS exhiberet, qui vel in Magistratum confessu, vel in ipso Civium & Subditorum grege similem pietatis concordiam testarentur. Quibus auspiciis, tanto libentius nunc accedit anniversaria Gymnasii nostri pietas, quo minus reperiri meliora possunt, quæ juvenilem hanc & inexercitam eloquentiam commendent. Ita quicquid in hac præscriptione publicam gratiam experit, BEATAM spectat SUPERIORUM & INFERIORUM HARMONIAM, olim Josuæ probatam, nunc christianis quoque civitatibus haud infrequentem, nostræ vero ZITTAVIÆ multis abhinc annis propriam ac verè domesticam. Non denegabunt corporum animorumque præsentiam, qui virtutibus & exemplis suis præcipuam dicendi materiam suppeditaverunt. Inde quos ultro benevolos & faventes fore confidimus, ut brevi circuitu, quod in his optantium & laudantium exercitiis sperari quam maxime possit, legere dignentur, quæ par est, observantia rogamus.

Sub ingressum spectatissimorum Hospitum, denuo resonabit hymnus, in templo nuper primum exauditus, qui ad normam dicti Baruch, IV. 4. *Beatos esse, qui pertinerent ad Israel, quibusque voluntatem suam DEUS manifestasset*: in omen satis beatum compositus est.

I.
Die Welt erlebt nun böse Zeiten / man hört von Schrecken und Verdruß / darbey den allerklügsten Leuten / auf Erden bange werden muß. Jedoch wir sind nicht ganz gefallen: GOTT tröstet uns an Leib und Seel. Daß diese Worte noch erschallen: **O selig sind wir Israel.**

2. Hat Israel mit seinen Samen / auf den versöhnten GOTT gesehen: So kennen wir auch diesen Nahmen. Denn die Verheißung ist geschehn / daß / wer im Gnadenbunde bleibt / und eben den Messias / ehrt / der ist der Kirchen einverleibet / daß er zum Israel gehört.

3. GOTT hat die Gnade nicht gespart. Sein Wort erschallt durchs ganze Land. Da wird sein Willen offenbahret / und machet unser Heil bekand. Die Feinde dürfen nichts verbieten. GOTT schützet Sankel und Altar. So werden wir Israeliten des GnadenWillens schon gewar.

4. Er wil / daß niemand sol verderben / und daß wir seine Strasse gehn. Er wil / daß wir der Sünde sterben / und zu dem Leben auferstehn. Er wil uns selbst mit Segen füllen / biß auf die letzte Gnaden-Frist: Da offenbahret er seinen Willen / daß wir bey Ihm seyn / wo Er ist.

Adh

5. Ach sollen wir nicht selig heißen: Indem wir Gottes Kinder seyn? Wer wil uns aus dem Buche reißen? Gott schreibt die Nahmen selber ein. Ob wir von aussen traurig scheinen/ so sind wir doch im Geist erfreut. Denn unser Jesus kennt die Seinen. Darauf besteht die Seligkeit.

6. Wir singen noch in Gottes Tempel: Wir sehn ein Christlich Regiment: Auch manche Zorn und Straff-Exempel sind hier in Gnaden abgewendt. Ja Zittau schöpffet diese Stunde/ den hohen Trost an Leib und Seel/ und wünschet mit getreuen Munde: Nur Frieden über Israel.

7. Gott wird die liebe Stadt behüten/ zu unverrückten Wolergehn: Damit wir/ als Israeliten/ auf einer sichern Bahne stehn. Sein Gnaden-Wille mag geschehen/ was Er thut/ das ist wol gethan. Und welchen wir in Zittau sehen. Der heist und bleibt ein Seligmann.

Eberhard Johann Hickstein/ Dobl. Curlandus.

Ex ipsa cantilena, quantum interfit Remp. vocari beatam, satis admonitus Reginam Atabiae producet, cujus testimonio BEATI VIRI praedicantur, qui praesentes fuissent Salomoni.

CHORUS succinet.

Jene muß man selig preisen/ und das that ein Königs Thron/
Was sol man nicht uns erweisen/ hier ist mehr den Salomon.
Unsre Kirche nimt den Segen/ von dem Friedens-Fürsten an/
Also bleibet dessentwegen/ wer in Zittau beten kan.

Ein beglückter Seligmann.

Johann Gottfried Starck/ Lucc. Luf.

Beatos Viros tum superioris, tum inferioris ordinis judicabit exemplo JOSUAE qui cum profiteretur apud Israelitas, se, Domumq; suam fore constantem in obsequio DEI, maxime consentientes habuit amplissimi hujus populi proceres & cives. Nihil igitur ad felicitatem politicam magis conducere contendet, nisi genuinam SUPERIORUM ac INFERIORUM HARMONIAM.

CHORUS clausulam addit.

Israel hat sich verglichen/ gegen ihren Josua/
Uns ist nicht der Muth entwichen/ hier ist Jesus selber da/
Dieser hat uns allen Segen/ als ein Heiland gut gethan/
Also bleibet seinetwegen/ wer in Zittau glauben kan.

Ein beliebter Seligmann.

Christian Gottlob Weise/ Zitt. Luf.

Harmoniam hanc à parte Superiorum explicaturus, quid a Magistratibus Subditi discant, exemplo JOSUAE demonstrabit. Qvippe subditus docetur, *RESPICERE DEUM* ut supremum Principem, ut benefactorem, ut defensorem, ut sapientiae datorem; *RESPICERE TERRAM* ut DEI habitationem, ut DEI alumnam ut periculis expositam, ut a singulis periculis liberandam. CHORUS hoc addit

So kan ein Regente grünen/ Jesus theilt den Segen aus/
Josua wil Jhn bedienen/ Er und sein gesamtes Haus.

Nun

Nun daran ist es gelegen / diesen sind wir zugethan.
Also bleibet seinetwegen / wer in Zittau schaffen kan.

Ein berühmter Seligmann.

Christian Friedrich Friese / Zitta Luf.

Redactis in compendium officiis, quibus subditi Magistratum imitaturi magnum inesse pondus credunt, Speculum vocabit Magistratum, in quem intuentes reliqui cives evadant beati, siquidem isti exemplo tam pulchro moniti, Serviant DEO, *quem timent*, Serviant Magistratibus *quos imitantur*, Serviant sibi, *quos nollent hac felicitate privari.*

CHORUS applaudit.

Selig wer den hellen Spiegel / von Regenten vor sich hat.
Dieser schwingt die Hofnungs-Flügel / erstlich nach der Himmels-Stadt /
Endlich schauet er im Lande / seine Wohnung redlich an:
Und weil er in seinem Stande / was gebühlich's schaffen kan /
Heist er auch ein Seligmann.

Cæterum nemo loqvendi suum tentabit officium, quin directis ad ZITTAVIAM nostram oculis, perpetuam bene ominandi materiam collegisse videatur, ut Discedens a regimine feliciter consummato CONSUL KAPSIUS, PATRIS AVIQ; virtutem exæqvet, longævitatem superet; ut succedens in hac mole CONSUL SELIGMAN-NUS faustissimum sui Nominis omen undiqvæ; probet; ut patria nullis calamitatibus perterrita, facere denuo videat CONSULEM HARTIGIUM, quod sæpe, supremi Numinis auxilio, fecit: ut deniq; PATRES CONSCRIPTI, non affectum modo sincerum e cordibus suis proficisci, sed effectum simul a potentissimo Civitatum moderatore fortunari videant. Ita clausulam imponet

Johann Gottlob Herzog / Freib. Misn.

Pastoris in Ecclesia nostra meritissimi filius, primus in beato familiae numero futurus, qui sanctum educationis fructum sua tum sedulitate, tum pietate commendet. Is ultimo loco repetiturus, quæ Maxime Rev. Parens, nuper jusserat esse prima, Beatos eos judicabit, qui VIDEANT GLORIAM DEI. Tanto enim paratiorem inveniet eloquentiam, quo clariora passim extant documenta, vel in Ecclesia, vel in privatis incolarum ædibus, vel, ut ædes in hoc centro conveniunt, in Gymnasio nostro. Sic ut porro videant hanc GLORIAM precabitur, suamq; fortunam, seu temporalis gloriæ manifestationem relinquere cupiet, tum DEO, tum Patronis, h. e. Summo Directori, cæterisque rerum divinitus ordinatarum administris. Id vero suis non carebit ominibus, quod sub hunc autumnum, Inclytæ Witebergensium Academiae civis est futurus, ut anni Jobelei solennia non modo spectare, sed præsentibus auspiciis experiri queat. Sic enim ipse studiorum successus, divinæ Gloriæ præsentiam demonstrabit. Succinet

Chorus, ac universæ Civitatis florem DEO commendabit, Consentiant omnes, nostrisque studiis faveant. *Scrib. e Gymnasio*

Zittaviensi d. 10. Septembr. M DCCII.